GREGORIUS MAGNUS

Deutschland, um 1300 Seite 135r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26047
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ipsis libentius cottidie deformiores
fiunt. Nam quisque eius radius
tangitur, sua illi manifestius recti
tudo monstratur, et eo uiuus inuenitur
quantum flectatur in uitio quo sa
gacius summa considerans conspicit
quantum distat a recto. Unde beatus
Iob humanum genus in uirtutibus
transiens amicos loquendo superauit
sed loquente deo sublimius eruditus se
metipsum cognoscendo reticuit.
Illos namque iuste loquendo subdi
dit. sed ad uerba locutionis intime
rerum se iuste cognouit. Equi
dem cur flagellatus sit nesciuit. sed
tunc quare flagella ueniant non
sit silendo redarguit. Diuina
enim iudicia cum nesciuntur non au
daci sermone discutienda sunt sed
formidoloso silentio ueneranda
quia et cum causas rerum conditor
in flagello non aperit. eo iustas in
dicat quo se eas facere qui sum
me iustus est demonstrat. Unde uir
sanctus et prius de locutione et post
de silentio reprehensus quid de se
metipso senciat innotescat. Ait
enim. Qui enim leuius locutus sum
respondere quid possum. Ac si dicat
Sermonem meum defenderem si hunc
cum rationis pondere protulissem. At
cum pertacere postquam lingua leui
tate usa conuincitur quid restat
nisi ut conticendo refrenetur. Sequitur.

Manum meam pono super os me
um. Usu sacri eloquii in manu o
peratio. in ore locutio solet intelli
gi. Manum ergo super os ponere est
uirtute boni operis culpas tegere
incaute locutionis. Nullus enim in
ueniri potest quamuis perfectus
sit de ocioso tamen sermone non pec
cat iacobo attestante qui ait. No
lite plures magistri fieri in multis
enim offendimus omnes. et rursus.
Linguam nullus hominum do
mare potest. Cuius culpas redar
guens per semetipsam ueritas di
cit. Dico autem uobis quod omne uer
bum ociosum quod locuti fuerint
homines reddent rationem deo in
die iudicii. Sed sancti uiri student
ante dei oculos culpas lingue te
gere meritis uite student pondere
bonorum operum premere in modera
ta uerborum. Unde in sancta ecclesia manus
super os ponitur. dum in electis eius
cottidie ociose locutionis uicia
uirtute bone actionis operiuntur.
Scriptum namque est. Beati quorum
remisse sunt iniquitates et quorum
tecta sunt peccata. Sed rursus cum scrip
tum sit omnia nuda et aperta
sunt oculis eius quomodo tegi
possunt que eius oculis cui cuncta
nuda sunt abscondi nequaquam pos
sunt. Sed quia hoc quod tegimus infe
rius ponimus atque hoc uim tegimus